

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XCIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

A. 1589.

Domine Doctor, & præsidium & dulce decus meum. Datæ Ratisponæ 16.
Aprilis, anno 1589.

T. E.

reuerenter colens

Jeremias Hombergerus.



XCIV.

(Erasmo.)

S. D. Reuerende & clarissime vir, amice carissime.

GRatiam tibi habeo, quod dum in his terris possumus, per literas colloqui mecum non dedignaris. L. Beuterum, ut veteri illo solennis auersationis verbotar, *νὸν ἀειδιοντοπράμιστα*. Sturmii laudes scribis Oratione in publicis Scholæ progressibus celebratas esse. Ejus exemplum, si extat, videre cupio. D. Georgium Obrechtum, affinem tuum, si delectari lectione eorum, quæ in Saxonia & vicino orbe Arctoo his tribus proximis annis, memorabilia acciderunt, existimes, quæso ut adjunctum libellum ipsi reuerenter meis verbis salutato exhibeas, & me amicitia illius cupidum esse ostendas. De fratre Philippo in Jenensem Academiam evocando, quod scribis, utinam feliciter succedat. Sed vereor, ne *μικρὰν τυραννίδα ἀνδρῶν τέκνα* *ἡμῶν* ipsum quoq; in Turciæ finibus retineant. Academiæ illi, duorum excellentium ingeniorum, Nicolai Reusneri, & Georgii Mylii conjunctionem gratulor. Witebergæ & in reliqua Saxonie electoris ditione, qualis ecclesiarum status, & docentium conditio sit, ex aliis haud dubie cognovisti. Apud nos omnia antiquum obtinent. Et dum hic senex princeps Ulricus vivet, DEO iuvante obtinebant. Daniæ, Norvvegiæ & Sueciæ provinciarum *αὐτοψία* brevissimam mitto, & DEO nos docendos & regendos commendo. Bene valè. Die Solstitii, Anno 1589.

David Chytræus.

XCv

Salutem in servatore Christo. Reuerende & clarissime

D. Doctor, & frater plurimum colende.

VAlde mihi placet institutum tuum quod in refutatione Neostadiana, quantum quidem occupationes patiuntur, progredieris, & principem gregis nostri Christi

T t t 3

stum